



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 31. Ferreri Oratori in Patrum conventu differendi facultas concessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

„sibi Synodus ab ejus opera tantum e- **Sæc. XVI.**  
 „molumentum, ut lætitia, quam ejus **A C 1562.**  
 „adventus dies attulerat, evasura esset  
 „minima inter omnes ejusdem man-  
 „sionis dies: eapropter aguntur a Pa-  
 „tribus debitæ Deo grates, & felix ac-  
 „cessus, post tam laboriosum, ac pericu-  
 „losum iter ipsi Cardinali, ejusque ho-  
 „nestissimo comitatui gratulantur, dum  
 „a cœlo potens auxilium ac prosperos  
 „illis successus iisdem augurabantur pro  
 „Religionis incremento..,

§. XXXI.

*Ferreri Oratori in Patrum conventu  
differendi facultas concessa.*

**H**is addidit Jadrensis Archiepiscopus:  
 „Synodi Patres libenter excipient, **Pallav. l.c.**  
 „quæcunque vel Cardinalis Lotharin- **Sarp. l. 7.**  
 „gius, vel Regis Franciæ Oratores pro- **p. 611.**  
 „ponere voluerint, quamprimum his ad **Psalm p.337**  
 „ea exponenda locus, ac facultas con-  
 „cederetur:,, Porro, inquit Pallavicini-  
 „nus, *adjecta sunt hæc verba postrema, ne*  
 „*Gallici Oratores sibi poteslatem tri-*  
 „*buerent, publica verba faciendi, quoties ipsis*  
 „*libuisset.*

Paulus vero Sarpius observat, quod  
 die duodecima Novembris Lotharingius Car-  
 dinalis postridie in Congregationem veni-  
 re decreverit, eo fine, ut primo Regis literæ  
 recitarentur, dein vero Lotharingius &  
 ipse

**Sæcul. XVI.** ipse orationem haberet; insuper etiam  
A.C. 1562. tit Cardinalis, ut Ferrerio Oratori

etiam sermonem habere liceret: Verum  
huic petito a Legatis haud assensum est, ut  
ra autem ejus rei causa erat hæc: quoniam,  
si id semel Gallico huic Oratori fuisset  
permissum, tum ipsis, tum ceteris omnibus  
Oratoribus pariter perorandi, ac propo-  
nendi facultas concedenda fuisset, non sine  
periculo majoris confusione: quapropter  
Legati ad hunc articulum respondentibus  
exierunt in eo Concilio, nec sub Paulo III.  
sub Julio III. minus vero regnante Pio IV.  
unquam permisum est, ut Oratori  
Congregatione verba facerent, præterque  
eo die, quo publice admissi fuerant: in  
que absque consensu Pontificis ejusmodi  
novitati nunquam assensuri forent. A  
Lotharingius respondit, quandoquidem  
vice sint Regis mei literæ, & nova man-  
data attulerim, nova quoque mea Legatio  
dici potest, meaque hodierna præsentia volu-  
ti primus ad urbem ingressus haberi vallet.  
Multis tandem ultro, citroque dictis, cum  
Cardinalis Lotharingius promisisset, Ora-  
tores non ultra postulaturos, ut verba fa-  
ciant, nisi illa tantum vice: Legati tum ubi  
ei satisfacerent, tum ne is offenditionem obti-  
dendi, ac Synodum perturbandi occasionem  
arriperet, consensere.

§. XXXII.

